

1287, maig, 20

*Joan, clergue de Toralles i Pere de Sala declaren haver firmat debitori a Pere de Candela de 200 sous en concepte de les rendes que aquest rebia a Toralles, i que havia de compartir amb Amau de Meixella.*

ASD núm. 269, perg. orig., 130 x 265 mm. Còpia: Llibre de capbreuacions de Setcases, núm. 27, ff. 41v-42.

Notum sit cunctis quod ego Iohannes, clericus Sancti Martini de Toraliis, et Petrus de Sala recognoscimus et in ueritate confitemur quod fecimus in posse Guilielmi de Mexella, notario castri de Bestrachano, instrumentum debiti quod debebamus Petro de Candela clerico racione illius peccunie quam ipse accipiebat uel accipere debebat in fructibus et redditibus castri de Toraliis .ec. solidos ad unum annum, quam(sic) uendicio fecit no bis Arnaldus de Mexella clericus, et fuit comprehensum inter dictum Arnaldum de Mexella et Petrum de Candela quod instrumentum dicti debiti non redderetur dicto Petro de Candela donec ipse computasset cum dicto Arnaldo de Mexella de eis que receperat de redditibus et fructibus dicti castri de anno quo computabatur .MCCLXXX. quinto, et quod si non possent ipsi concordare de dicto computo, diceretur siue promulgaretur inde ius inter eos, et quod dictus Petrus de Candela non posset uti de dicto debito uel instrumento predicto interim. Iuramus per Deum et eius sancta .nrr.or Euangelia corporaliter tacta hec esse uera et ea bene recordari; sub uirtute cuius sacramenti ego Guilielmus de Mexella, protestar predicta esse scripta super notula dicti instrumenti de uoluntate Arnaldi de Mexella et Petri de Candela et debitorum predictorum.

Actum est hoc .xm. kalendas iunii anno Domini .MCCLXXX. septimo.

Sig+num Iohannis clerici de Toraliis, sig+num Petri de Sala predictorum, qui hoc firmamus ac iuramus. Sig+num Petri de Solerio de Uuxo, sig+num Petri de Gurgitibus Sancti Iuliani de Monte, clerici, huius rei testium.

Sig(s. man. )num Guilielmi de Mexella, publici notarii castri de Bestrechano, qui hoc scripsit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 562-563